



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXXV. Pontifici ad consilia gubernationesq[ue] iungi Cardinales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Ne quicquam igitur tantis furoribus, tanto apparatu, Character, nomen, numerus nominis iactatur in Romano Ecclesiam, frustra bella & cruentus cedes machinantur, non est illa, quam insequuntur fera: fragili carni, hoc est, clero, ut Graecus interpretatur, quaerunt illidere dentem, solido autem infringunt, hoc est, eodem interprete, Laicis. Misericordie potius, quam insecutione, vel risu digna, multorum Germanorum, etiam Principum simplicitas, qui cum numerum nominis 666. in vocula aliqua, a suis intuentum audirent, vt *ῥωμανοί* romani, vt *λαϊκοί*, aliaue, continuo *ῥωμανοί* admirati, imperioso ostracismo a Christiana republica omnes pontificios exulare iusserunt, ignari illa subtilitate Politicum Magistratum, Imperatorem, & nobilissimum imperii Dynastiam, tanquam bestiam, in stagnum sulphuris, & ignis abiici.

CAPVT XXXV.

Pontifici ad Consilia, gubernationesque iungi Cardinales.

Cardinalium nomen recens est, res antiquissima; sunt enim precipui summi Pontificis senatus, sunt gubernatores, consiliarii, assessores. Ita dicti quod in illis, velut cardinibus Ecclesiae negotia verterentur; suntque antistites & duces religionis, ita Chalcondylas l. 6. vbi de Bessarione, & Isidoro in Conc. Florentino Cardinalibus electis agit. Qui tamen labitur cum triginta eligi tradit. Syluester in Romano Concilio, nominat presbyterum, & diaconum Cardinale. 2. q. 7. c. 5. Presul non damnabitur nisi cum 72. testibus: nec presul summus a quaquam iudicabitur, quoniam scriptum est, non est discipulus super magistrum, presbyter autem Cardinalis nisi cum 44. testibus non damnabitur: diaconus vero Cardinalis vrbis Romae nisi cum 27. testibus non condemnabitur.

Qua ex re colligimus aliarum Ecclesiarum etiam Cardinales fuisse, & Cardinales vrbis Romae longe infra Episcopos fuisse, nam 27. testibus condemnantur, cum Episcopi non nisi 72. quod etiam in cap. 3. repetitur. Volaterranus in Anthropologia, sub Benedicto non eos ita nominari incepisse arbitrat an. 1031. verum iam anno 950. sub Lodouico 4. Othone magno hoc nomen vitatum fuit. Postea crescente negotiorum multitudine, firmatoque ciuili Romano Ecclesiae imperio in Italia, Sicilia, aliisque locis eorum creuit auctoritas, dignitas, opes; itaque recte Chalcondylas ait Pontificem illis reditus sufficientes dare assignatis regionibus, vnde alii maiores, alii minores percipiant.

S. 2. Cardinales iussu Conc. Basileensis scrutinio eliguntur, verba Sess. 23. sunt ista. Non fiat Cardinalium electio solum per auricularia vota, sed illi solum assumi possint, in quos factio vero scrutinio ac publicato, maiorem partem Cardinalium: per subscriptionem manus propriae constituerit collegialiter consensisse. Desuper etiam Apostolica littera cum subscriptione Cardinalium conscribantur, decreto huius sacri Concilii in quarta sessione solemniter publicato, quod incipit. Item cum multiplicatio Cardinalium, &c. in suo robore inuolabitur permansuro: Cum recipient Cardinales sua dignitas insignia, quorum significatio est, vt pro bono vniuersalis Ecclesiae sanguinem proprium (si opus sit) non vereantur effundere, iurabunt in publico consistorio (si sint in curia: si vero absentes, in manibus alicuius Episcopi & publice, cui per litteras Apostolicas, in quibus forma iuramenti inserta sit, commissum fuerit) in hunc modum: Ego N. nuper assumptus in sancta Romana Ecclesia Cardinale, ab hac hora in antea ero fidelis beato Petro, vniuersaeque & Romanae Ecclesiae ac summi Pontifici, eiusque successoribus canonice intrantibus, laborabo fideliter pro defensione fidei Catholicae, extirpationeque haeresum & errorum ac schismatum, reformatione morum, ac pace in populo Christiano. In alienationibus rerum & bonorum Ecclesiae Romanae, aut aliarum ecclesiarum, & beneficiorum quorumcumque, non consentiam, nisi in casibus a iure permixtis, & pro alienatis ab Ecclesia Romana recuperandis, pro posse operam dabo. Non consulam quicquam summo Pontifici, nec subscribam me, nisi secundum Deum & conscientiam meam. Quae mihi per sedem Apostolicam commissa fuerint, fideliter exequar. Cultum diuinum in Ecclesia tituli mei, & eius bona conseruabo, sic me Deus adiuuet.

Hodie quoque ita quandoque eliguntur, sed cum arbitrio Pontificis nominantur, consensu aliorum Cardinalium adiungitur, estque vna de precipuis Papae virtutibus, prudentia, sinceritasque bonos Cardinales constitutiendi. Non enim tanta dignitatis scopus est, vt in purpura resplendant, sed vt sanguinem pro fide & religione effundere sint parati. Itaque insignia sic honoris esse voluit Ecclesia, vt simul officii commonitionem habeant, toga purpurea, & pileus rubeus, color regius est, sed & color martyrum; nam solennitatibus martyrum eo colore Ecclesia vitur.

S. 3. Numerus Cardinalium nullus est certus, plurimos, si idonei sint, esse, optatissimum, atque optimum est. Quod tempore Pontiani, anno Domini 234. dicantur a glossatore 236. fuisse, non tam alienum a vero est, quam nonnulli arbitrantur, etiam enim nomen defuerit, consilium tamen Romani cleri magnum fuit, & copiosum, Concil. Basileense moderatum numerum praescribit, Sess. 23. Cum summo Pontifici sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, in dirigenda Christiana Republica collaterales assistant, necesse est vt tales instituantur, qui sicut nomine, ita re ipsa cardines sint, super quos omnia vniuersalis versentur & sustententur Ecclesia. Statuit igitur sancta Synodus, vt deinceps eorum numerus adeo sit moderatus, quod nec sit grauis Ecclesiae, (qua nunc ob temporum malitiam plerisque grauius affligitur incommodis) nec superflua numerositate vilescat. Qui de omnibus Christianis aetate reque, quantum commode fieri poterit, assumantur, vt notitia rerum in Ecclesia emergentium facilius haberi, & super his maturius deliberari possit, sic tamen quod numerum viginti quatuor inter hos qui nunc sunt & assumendos, non excedant, ita quod de vna natione ultra tertiam partem respectu Cardinalium pro tempore existentium, ac de vna ciuitate & diocesi ultra vnum inde oriundum, & de ea natione qua nunc ultra tertiam partem habet, vsque ad ipsius terrae partis reductionem esse nequeant. Sint viri in scientia moribusque ac rerum experientia excellentes, non minores triginta annis, magistri, doctores, seu licentiat, cum rigore examinis in iure diuino vel humano. Si saltem tertia vel quarta pars de magistris aut Licentiat in sacra scriptura. Inter hos autem viginti quatuor, esse aliqui poterunt admodum pauci filii, fratres aut nepotes Regum seu magnorum Principum, in quibus cum circumspectione & maturitate morum compotens literatura sufficiat.

Quidam 72. constituendos censuerunt, quod si numerus fuerit seniorum apud Iudaeos, & discipulorum Domini. Sixtus 5. decreuit ne plures septuaginta essent, atque inter illos ad minimum quatuor Theologiae doctores ex ordinibus mendicantium assumpti. Quid si uideam, si quaeras, aperte dicam; Si multi sint sumptuosi, & parum gnauis, magno oneri sunt, grauantque Ecclesiam, & offendent inermes; si multi sint, & moderati, laboriosi, prudentes, non potest esse tanta multitudo, vt non maior, sit melior. Salus enim Reipublicae est multitudo sapientum; Ecclesiae etiam salus est dignitas cum virtute, vbi enim duo illa iuncta sunt, summa est auctoritas, & illius usus optimus.

S. 4. Non est minus hoc agendum, vt sint Cardinales diuersarum gentium, quia vt multi sint, & probati; itaque prudenter Bellarion, & Isidorus in Florentino Concilio ad vniorem Graecorum retinendam sint Cardinales.

Cardinales ex omni natione docti, & prudentes, probique legendi.

Regum filii aut nepotes pauci.

Ex ordinibus mendicantium Cardinales.

Si boni sunt, multi sint, si mali sunt, pauci aut nulli sint.

Ex diuersis nationibus sint Cardinales.

adlecti sunt; nam non modo multa huius rei sunt cōmoda, sed necessitas pene videtur. Primo, ne in consistorio, & iudicio Ecclesiæ, quod est omnium sanctissimum studia nationum sentiantur, ne vlla natio se contēptam arbitretur, ne deesse sibi apud Apostolicum queratur patronum. Secundo, quia cum omnium gentium principibus, Rebus publicis, regibus agendum est, huic rei conducit, in consilio habere omnium gentium optimates; per quos negocia tractentur. Tertio, id quoque cognoscendis causis, statuque gentium omnium necessarium est, neque maiores in gubernatione committuntur errores, quam ignorantia Reipublicæ; at fieri non facile solet, vt exteri omnia perfecta habeant, quæ ad alias gentes instruendas, conciliandas, gubernandas pertinent. Quam multi Italorum Germaniæ Episcopos suis pares in externa gubernatione arbitrantur, & myncis abietes conferunt? Quam non pauci Germaniam magnam urbem esse imaginantur? Quidam non ignobilis ex Germano quærebat; An Cæsar etiam multos haberet pagos?

Germania
Episcopi
principes
sunt, non
Itali.

Tam fœdam historia, gentiumque ignorantiam in tanta dignitate esse non posse est probabile; ignorantur tamen alia, quæ non minoris momenti sunt, vt leges particulares, æmulationes principum, ingenium, agendi modus, consuetudines, in quibus non tantum diuersarum gentium optimates aberrant, sed etiam Legati Apostolici cum alterius nationis sunt, interdum, impingit, & quasi eorum pro quibus mittuntur ignari, perdunt auctoritatem; Cardinales igitur pro nationum diuersitate varios esse oportet, atque ex omni gente selectissimos viros, multos etiam nobilitate, ac statu insignes, non modo sanctitate & eruditione; nam per eos frequenter res maxime conficiuntur, fœdera regum, pax, & tranquillitas Reipublicæ acquiritur.

§. 5. Quales vero Cardinales esse oporteat Conc. Basileense docuit. Sess. 27. decret. 2. Sint viri in scientia moribusque ac rerum experientia excellentes, non minores triginta annis, magistri, doctores, seu licentiati, cum rigore examinatis in iure diuino vel humano. Sit saltem tertia vel quarta pars de magistris, aut licentiatis in sacra scriptura. Inter hos autem viginti quatuor, esse aliqui poterunt admodum pauci, filii fratres, aut nepotes Regum seu magnorum Principum, in quibus cum circumspectione & maturitate morum competens literaturæ sufficiat. Non fiant Cardinales nepotes ex fratre vel sorore Romani Pontificis, aut alicuius Cardinalis viuientis, non illegitime nati, nō corpore vitati, nec alicuius criminis, non infamie nota reperi. Prædicto autem numero viginti quatuor, pro magna Ecclesiæ necessitate vel utilitate duo alii, in quibus vitæ sanctitas vel eximia virtutes resurgant, quāquam memoratos gradus non habeant, ac de Gracis cum Romana Ecclesiā vniti fuerint, insignes aliqui viri adici poterunt. Non fiat Cardinalium electio solum per auricularia vota, sed illi soli assumi possint, in quos factio vero scrutinio ac publicato, maiorem partem Cardinalium per subscriptionem manus propria constituerit consensisse. Desuper etiam Cardinalium Apostolica litera cum collegialiter subscriptione consiciantur, decreto huius sacri Concilii in quarta sessione solenniter publicato quod incipit: Item, cum multiplicatio Cardinalium in suo robore inuolabiliter permanens.

Cardinales
enim eliguntur
propter
Ecclesiā.

Potest sine dubio in hisce Pontifex habita ratione temporis, loci, & necessitatis aliter disponere; sed an ita expediat, diligenter perpendendum est. Id sane tenendum: Nunquam esse aliquem eligendum Cardinalem vt ipse electus ad honores, opes, potentiam euehatur, sed publici boni causa, vt utilitati, ac necessitati Ecclesiæ prospiciatur.

Cardinales
cunctis vir-
tute prae-
stant.

Verum leges optimas Cardinalibus fixit Concilium Lateranense Sess. 9. (7. decretal. l. i. t. 4.) Cum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales ceteros omnes in ipsa Ecclesiā post summum Pontificem honore ac dignitate præcedant, con-

ueniens ac debitum est, vt vitæ munditia, ac virtutum splendore cunctis præfulgeant. Quapropter non modo hortamur eos ac monemus, verum etiam statuimus, & ordinamus, vt de cetero quilibet Cardinalium pro tempore existens, iuxta doctrinam Apostoli, ita sobrie, caste, ac pie viuatur, vt non solum à malo sed ab omni etiam specie mali abstinens, cor à hominibus luceat, Deumque, in primis, operibus honorificet. Sint omnes vigilantes, ac diuinis officiis, missarumque, celebrationibus intenti, habeantque capellas suas in loco honesto, prout facere consueverunt. Sitque eorum domus, familia, mensa, suppellex, non fastu, aut pompa, neque superfluis rebus, neque aliquo modo reprehensibilis, ne peccandi, excedendi, modum licentia inde nascatur, sed vt æquum est, modesta & frugalitatis speculum dicere possint. Illi itaque sint contenti, quia sacerdotalem præseferat modestiam, ac prælatos & quoscunque, alios insignes viros ad Romanam Curiam venientes, benigne, honorifice, tam publice quam priuati tractent, & apud nos & successores nostros gratiose, liberaliterque eorum negotia commendata suscipiant. Præterea ministerium indecori Episcoporum, Prælatorumque, in domibus non habeant, ne ceteris præesse instituti, & sacro Characteri insigniti, in villa descendant ministeria pastorumque pastoralis officii contemptum inducant. Eos itaque, quos vel nunc habent, vel impofterum habebunt, honorifice, vt fratres, ac iuxta eorum status concedentiam tractent. Cuius Rom. Pontificis communi omnium Christi fidelium patri assistant, personarum acceptatores, vel aduocatos eos fieri, valde inconueniens est. Propterea statuimus, ne partialitatem suscipiant aliquam, neque principum, aut communitatum, vel quorumcunque, aliorum contra quempiam nisi quantum iustitia & æquitas postulat, eorumque dignitas, & conditio requirit, promotores aut defensores fiant, sed à priuata omni passione se iuncti, sedandis & componendis inter quoscunque, libere, omni diligentia vacent, incumbantque, principum, & quorumcunque, aliorum ac præsertim pauperum, & religiosorum iusta negotia pio promoueant affectu, oppressos & iniuste grauatos iuxta vires suas, & officii debitum adiuuent. Tituli sui loca, si præsentibus in curia fuerint personaliter, si vero absentes, per Vicarium, idoneum semel saltem singulis annis visitent, clericos & populos ecclesiarum titulo suo subiectarum, cum diligentia inquirant, vigilentque, circa cultum diuinum & bona dicarum ecclesiarum, moreque, in primis & vitam clericorum, & parochianorum solerter explorent, eosque omnes & singulos ad recte, honesteque, viuendum paterno moueant affectu. Pro augmento autem diuini cultus, & salutis animarum sue, quilibet Cardinalis, vel in vita donec, & in mortis articulo relinquat suo titulo, quantum sit satis ad presbyterum vnum commode ibi sustentandum, vel si Ecclesiā indigeat reparatione, vel alia subuentione, tantum illi relinquat, vel donec, quantum conscientia sue videbitur. Et cum minime deceat, affines & consanguineos præsertim bene meritos, & ope indigentes negligere, sed illis prouidere iustum & laudabile sit, nō propterea tamen vel beneficiorum multitudine, vel Ecclesiasticis redditibus ita eos implere conuenire arbitramur, vt ceteri damnum ex huiusmodi largitionis intemperantia patiantur, & inde scādalum nascatur. Statuimus itaque, vt Ecclesiarum bona temere non effundant, sed in eis & sanctis operibus exponant, quorum causa magni, & optimi redditus per sanctos patres statuti, & ordinati fuerunt. Volumus etiam, vt Ecclesiis eisdem Cardinalibus commendatis, etiam si Cathedralibus, Abbatialesque, aut Prioratus, vel quacunque alia beneficia Ecclesiastica fuerint, absque omni prorsus excusatione procurent, ac omni conatu suo prouideant debite inferui Cathedralibus dignos & idoneos Vicarios, seu suffraganeos, prout consuetudo fuerit, cum digna & competenti mercede apponentes, reliquis autem filiis commendatis Ecclesiis, aut monasteriis de iuncto Clericorum, vel Capellanorum, seu religiosorum, aut monachorum Deo sufficienter & laudabiliter seruientium, munere prouidentes adificia quoque, possessiones, & iura quacunque in statu conuenienti conferuent, & diruta instaurant, sicut ad bonorum prælatorum & commendatiorum officium spectat.

Cardinales
sint pii, ca-
sti, rebus
sacris in-
tenti.
Sine fastu,
sine super-
fluit.

Certis prin-
cipibus ne
sint additi.

§. 6. Quemadmodum ex suo corpore Episcopum Pontificem Canonici, ita Pontificem eligunt Cardinales, estque eligunt. hoc eorum primum & excellentissimum officium; e-

ligunt,

ligunt enim & eliguntur, idque crebro, cum non nisi pro ueritate etatis Cardinales in Ecclesia pastores eligantur, ideoque diu praesse non possint, raros enim in illa sede iuuenes Ecclesia conspexit.

De ratione electionis, conuincit, & aliarum circumstantiarum leges dedit sub Greg. 10. Concilium Lugdunense. Sunt vero etiam constitutiones iuris, distinct. 23. In nomine, item distinct. 70. per totum. & 79. c. 1.

Iuramentum
Cardinalium
de Pontifice
eligendo.

Iuramentum illis exhibendum à Concilio Basiliensi Sess. 23. tale proponitur. *Sequenti die Cardinales omnes coram his qui in conclave fuerint, audita Missa de sancto Spiritu, sacram sumant Eucharistiam. Et antequam scrutinium inchoent, antepositis sanctis Evangelis, iurent super hac forma: Ego N. talis Cardinalis iuro & promitto omnipotenti Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto, ac beato Petro Apostolorum Principi, cum eligere in Pontificem, quem credam Ecclesiae uniuersali in spiritualibus & temporalibus utile, & tanta dignitate idoneum: nec illi uocem dare, quem veri similiter sciuerim, promissione aut datione alicuius rei temporalis, seu prece per se vel alium interposita, aut alias qualitercunque directe vel indirecte, pro se electionem procurare, electoque in Pontificem non prius obedientiam facere, quam iuret iuxta formam decreti sacri Basiliensis Concilii, ita me Deus adiuet, cui in die tremendi iudicii redditurus sum de hoc, & cunctis operibus meis rationem.*

Post hac quilibet eorum schedulam dabit, in qua ultra tres non nominet, inter quos si ultra unum nominauerit aliquis, sit extra Cardinalium collegium. Neque una iuret nisi unum fiat scrutinium, & immediate post Missam. Lectis schedulis, nisi duarum partium in unum uota concurrant, mox comburantur. Ante autem sex completa scrutinia accessus ad quemquam fieri non possit. Recogitent eo tempore Cardinales, & attente mente considerent, quantum sibi ipsis meritum vel demeritum, quantumque populo Christiano fructum vel prauium, bonum vel malum eligendo Pontificem facturi sunt. In nulla profecto re magis Domini nostri Iesu Christi gratiam vel iram assequi possunt, quam cum de Vicario eius, suo praeficiendo oibus agitur, quas ita dilexit, ut pro ipso & morti & crucis tormentum pati dignatus fuerit.

Cardinales
mortui Pon-
tificis admi-
nistrant
Ecclesiam

§. 7. Cum mortuo Pontifice interregnum est, omnia Cardinales administrant, eam penes Clerum Romanum fuisse potestatem ex Epistola sancti Cypriani facile colligimus. Nam Epist. 29. Et dilectio communis, & ratio exponit, fratres charissimi, nihil vestra conscientia subtrahere, de his quae apud nos geruntur. Et: quod si ultra eorum temeritas, nec metis, nec uestris literis compressa fuerit, nec consiliis salutaribus obtemperarit, agemus, &c. Sed minor tamen est, quam Pontificis potestas, cum sit primarius Ecclesiae Christianae Clerus, non ipse sit caput Ecclesiae, sed Ecclesiae caput eligere possit.

Legati de
latere.

Constitutio Pontificis, sunt eius consilii, Legati, qui sunt autem Legati alii qui nati dicuntur, quia dignitati eorum annexum est ius legationis, ita olim Oxoniensis in Anglia, nunc Salisburgensis Archiepiscopus dicitur Legatus natus. Alii dicuntur Legati de latere qui fere Cardinales sunt ad regendas prouincias missi, qui uero ad reges & principes mittuntur, vel dicuntur Legati de latere, vel cum potestate Legati de latere, vel Legati simpliciter dicuntur, in quibus omnibus summa prudentia, modestia, familiaritas decens frugalitas requiritur.

Distinctio Cardinalium qua dicuntur alii Diaconi, alii presbyteri, nonnulli Episcopi, ratione titulum est instituta; nam etiam Episcopus si titulum habeat qui sit Diaconi Cardinalis, vocatur Cardinalis Diaconus.

§. 8. De Cardinalibus quae statuta sunt in septimo, l. 1. c. 4. Statum eorum satis exponunt. Immunitati illorum Leo decimus ibidem praefixit. c. 2. Nam consuetudinem, qua populus Cardinalis, quem audierat fore Pontificem, ades diripit, omnino iustulit.

Pius 5. ex decreto Bonifacii Noni, cum qui per se, aliumue laeserit Cardinalem reum maiestatis pronunciat. ita c. 3. In felicitis seculi pericula miserati, dolorem comprimere non ualemus. quod nefarii homines, iustorum sanguinem sitientes, ad illorum quoque perniciem infestiore animo incumbant, quos Spiritus sanctus membra constituit praecipua Ecclesiae Dei, quam suo sibi sanguine acquisiuit. Magna igitur ratione post alios felicitis recordationis Bonifacius Papa V. l. 1. de fratrum suorum consilio perpetua constitutione sancit, ut si quis sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem fuerit hostiliter insecutus aut percussit, aut ceperit, aut mandauerit id fieri, & cuiusque fuerit facientis, factumue ratum habuerit, seu dederit consilium, vel fauorem, aut receptauerit, aut defenderit scienter eundem, tanquam lese maiestatis reus, perpetuo sit infamis, & praeterea diffidatus, huiusmodi & infestabilis. Omnia eius & diffidia ruina perpetua subiaceant, nullus ei debita reddere, nullus ei in iudicio respondere teneatur, bonis omnibus fisco, vel republicae applicatis. Idem etiam feudis, beneficiis, & officiis spiritualibus, & temporalibus sit ipso iure priuatus, sed & ipse infectans, excommunicationis sententiam incurrat, quam solus Romanus Pontifex excepto mortis articulo, valeat relaxare. Sed ne hac quidem constitutio, propter abdita consiliorum consilia, omnino satis esse noscitur ad huiusmodi sacrilegia amplius prohibenda. Qui enim alicui vim inferre sibi proponunt, id secreto, in occulto, ut maxime machinantur, vel ut impium illud facinus indicat in personam dilecti filii nostri Caroli, tituli sanctae Praxedis presbyterii Cardinalis Borromaei, Ecclesiam Mediolanensem sanctissimis institutis studiose informantis, proxime attentatum. Quae res nos grauius commouet, uehementiusque excitat, omnia exquirere, ut nobilissima corporis nostri partes undique protegantur. Quibus enim praesidio erimus, quibus suppetias afferemus, quos denique tutabimur, si templi Dei bases, si clarissima Ecclesiae lumina, si speciales filios, qui pro animabus populorum, pro fide, pro iustitia, pro unitate peruiuant, multos deseramus. Itaque sanctionis praedictae de simili fratrum nostrorum consilio adiacentes statumus, ut quisque, etiam à nudo consilio, aut simplici fauore, aut omnino à ceteris praedictis alienus, quem praeterea autorum, administrorum, vel consiliorum conuersionis, aut commissi, committendae criminis in personam Cardinalis, illorumue factorum, receptorum, vel occultatorum, siue ex renunciatione sibi protinus vel per interpositam personam aut litteras facta, cognouerit, siue ex scripturis, ceteris, conatu, concursu, in iudis, alijsue signis, & indicis qualemque scientiam habuerit, vel etiam conecerit, quae horum quicquam intellexerit, quantumcunque res alias occulta sit, quam primum id Rom. Pontifici si in Curia fuerit, sin autem, ordinario loci, vel si Cardinalis ipse ordinarius extiterit, propinquiore Episcopo, & si crimen nondum commissum fuerit, etiam ipsi Cardinali prope reuelare. Quicumque uero etiam non subditus, & omnino extraneus defecerit, cuiuscunque dignitatis fuerit, praedicto sit excommunicationis laqueo inmodatus, pariterque maiestatis reus infamiam, & omnes poenas praedictas eo ipso incurrat. Eadem nihilominus constitutione quoad reliquas eius partes, ac ceteris omnibus sanctionibus canonicis, & civilibus, ad talem coercionem editis, in suo robore duraturis. Porro si quis ad sanitatem reuertens, rem adhuc incognitam retexerit, omni noxa penitus liberetur. Ceterum loci ordinarii secreto casum ad se delatum, praedicto Pontifici primo quoque tempore nunciare, & interim rem omnem ab ipsis perquirere, & si nece sit tunc postulare, seculare quoque, brachium adhibere. Dat. Rom. 14. Calend. Ian. 1569.

Non immerito maiestatis crimen imponitur, cum sint principes Ecclesiae, iudices, consiliiarii, in partibus sibi committis rectores, quos necesse est, si officio fungi uelint, multos offendere. Cum autem parua praesidia habeant armorum, quibus se tueantur, omni ratione eorum securitati consulendum est. Interim & illis ita uiuendum, ne occasionem periculis suis sponte arceant. Quod maxime modestia & frugalitate consequentur, qui enim sumptu, & magnificentia procedunt, multos inuidos, multos inimicos sibi

Cardinales
ne sint per-
iculorum
suorum oc-
casio.

sibi conciliant, Deo temerariam sacrarum opum prodigalitate vindicant, ut dum splendorem principalem ambiunt oculis, & periculis agitentur, ratio Ecclesiae Cardinalis profuit, nisi modestus & frugalis, nimis opes obfuerunt sapius. Ideo rectius honesti, & mediocres sumptus in plures, quam immodici in unum conferuntur. De Cardinalibus si plura desideras vide Barbat. in tract. de praestantia Cardinalium. Hieronymum Munfredum in tract. de Cardinalatu c. 1. Aluarum Pelagium de l. 2. de planctu Ecclesiae, art. 26. Waldensem l. 2. doctrinalis fidei art. 3. c. 54. Ioan. Turricrematam l. 1. de Eccl. c. 81. 82. 83. 84. Dominicum Soto 4. sent. 2. q. 2. art. 4. Martinum Landensem de Cardinalibus. Dominicum Iacobatum l. 1. de Conciliis a. 12. Hieronymum abbatem lib. de Cardinalibus. Onuphrium, Volaterranum, aliosque. Quorum moribus, vigilantia, moderatione, potest Ecclesia stabiliri, ordines Cleri reformari, si voce, & exemplo praecant.

CAP V T XXXVI.

Patriarcharum dignitas proxima est Pontificiae, deinde primatum, & Archiepiscoporum.

S. 1. **M**INOR fuit in Ecclesia dignitas Cardinalium, atque etiamnum est, quam Patriarcharum, & primatum; nunquam enim Clericos Romani Papae Collaterales Ecclesia Patriarchis praeposuit, sed proximum locum dedit Patriarchis ipsis, nunc cum secessionem fecerint, plerique sedium Patriarchalium praesules, ut in eorum officium, ita etiam dignitatis estimationem venerunt Cardinales; olim ut dignitate, ita sessione, ceterisque insignibus proximi erant Patriarchae.

S. 2. Patriarchae quasi patres principum, seu Archiepiscoporum dicti sunt, distinct. 2. c. 1. Patriarcha patrum princeps, *Ἀρχιεπίσκοπος* enim princeps. Est etiam de his disputatio Henrici Kalteisen de punitione peccatorum publicorum, in Concil. Basileensi. Patriarchae autem dicti sunt illi qui Archiepiscopos, & Episcopos sibi subiectos habuerunt, ut Constantinopolitanus, Alexandrinus, ceteri. Sed tamen aliquando latius nomen usurpatum est: nam in Concilio Matifconensi, quod anno Christi 588. est celebratum, sub Pelagio 2. Priscus Episcopus Patriarcha dicitur, sed ille Episcopus erat Lugdunensis, ut patet ex subscriptione, in qua primus ille est. Nomen igitur hoc Archiepiscopo interdum est tributum. Nam Gregorius Turonensis l. 5. c. 20. histor. S. Nicetium Archiepiscopum Lugdunensem appellat Patriarcham. Consuetudo saeculi eius hoc tulit; quae iam abolita est. Ariani ut se aequarent Orthodoxis, suos Episcopos primarios Patriarchas nominarunt, ut est apud Gregorium, & Victorem. Quin etiam Schismatici Venetiarum, Istriae, Liguriae Episcopi Paulinum Aquileiensem praesulem sibi in supremum Patriarcham elegerunt, ut Paulus Diaconus lib. 2. de rebus Longobardorum. Sed nos proprie de Patriarchis loquimur.

S. 3. Patriarcharum officium est, Archiepiscopos & Episcopos gubernare, ita ut ad ipsos grauiorum negotiorum causae deferantur. Rationem distinctionis adfert Epist. 3. S. Anacletus. Prouinciae autem multo ante Christi aduentum tempore diuisae sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis & beato Clemente praedecessore nostro ipsa diuisio est remota. Et in capite prouinciarum, ubi dudum primates legis sedulerant, ac prima iudicaria potestas, ad quos qui per res quas ciuitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui a d. aulam Imperatoris, vel regum confugere non pote-

rant, vel quibus permittum non erat, confugiebant pro oppressionibus vel iniuriis suis: ipsosque appellabant, quoties opus erat, sicut in lege eorum praeceptum erat: ipsis quoque in ciuitatibus: vel locis nostris, Patriarchas, vel primates qui vnam formam tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinae & Ecclesiasticae poni & esse iusserunt, ad quos Episcopi (si necesse fuerit) confugerent, eosque appellarent, & ipsi primatum nomine fruerentur, & non alii. Reliqua vero Metropolitana ciuitates, quae minores iudices habebant (licet maiores comitibus essent) haberent Metropolitanos suos; qui praedictis iuste obedirent primatibus, sicut in legibus saeculorum ordinatum erat, qui non primatum, sed aut Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum nomine fruerentur. Et licet Metropoles ciuitates suas prouincias habeant, & suos Metropolitanos iudices habere debeant Episcopos, sicut prius Metropolitanos iudices habebant saeculares, primates tamen (ut praefixum est) & tunc, & nunc habere iustae sunt, ad quos post sedem Apostolicam summa negotia conueniant, ut ibidem, quibus necesse fuerit reuelentur & iuste restituantur, & hi qui iniuste opprimuntur, iuste reformentur atque fulciantur. Episcoporumque causa & summorum negotiorum iudicia (salua Apostolica sedis auctoritate) iustissime terminentur. Haec ab antiquis, haec ab Apostolis, haec a sanctis patribus accepimus, nobisque (ut postulat) rimanda, & futuris tenenda temporibus, mittimus, & reliqua si a tribus praedicanda, ac cunctis fidelibus tradenda mandamus, ne pastorum imperitia, qui sequuntur, deteriores fiant, dicente Domino per prophetam (ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam) quos rursus Dominus detestatur, dicens: Et tenentes legem nescierunt me. Nesciri ergo veritas alius conqueritur, & nescire se principatum nescientium protestatur, quia profecto hi, quia ea quae sunt Domini, nesciunt, a Domino nesciuntur Paulo attestante, qui ait: (si quis ignorat, ignorabitur.)

S. 4. Sine consensu Patriarchae non licebat Archiepiscopum eligere. Hinc privilegio Cyprus donata est, ne opus sit ad Antiochenum referre, sed possint ipsi Archiepiscopum eligere. ita in ean. Conc. Niceni cap. 37. Si Episcopus Cypri diem suum obierit, & populi non potuerint propter tempestatem maris mittere Antiochiam, ut eligatur Patriarcha Antiochenus ordinem eis Archiepiscopum, in locum mortui: debent scribere ad Patriarcham, & petere, ut vnus aliquis fiat Archiepiscopus, quem ipsi desiderant, neque debet hoc prohibere Patriarcha, cum ad eum scriptum fuerit. Quis enim scit an defuncto Archiepiscopo, propter tempestatem hyemae sine capite remaneant; an aliquis fortassis ex tredecim Episcopis de vita decedat: atque ita fiat, ut toto illo anno Archiepiscopo careant: ob hanc causam Synodus hunc canonem constituit, cui qui contraxerit, hunc Synodus excommunicat. Ephesina Synodus can. 7. item huiusmodi, ne integro anno sine Archiepiscopo diocesis illa periret.

S. 5. Patriarchae ius habent Synodi conuocandae, cogunturque illis parere Metropolitanis; ita Synodus octaua cap. 27. Sancta & vniuersalis Nicena prima Synodus antiquam consuetudinem iubet seruari per aegyptum, & prouincias quae sub ipsa sunt, ita ut horum omnium Alexandrinus Episcopus habeat potestatem, dicens: Quia & in Romanorum ciuitate huiusmodi mos praualuit: quia pro causa & hac magna & sancta Synodus, tam in seniore & noua Roma, quam in sede Antiochia, ac Hierosolymorum praeferam consuetudinem decernit in omnibus conseruari, ita ut earum praesules vniuersorum Metropolitanorum qui ab ipsis promouentur, & sine per manus impositionem, siue per pallii dationem Episcopalis dignitatis firmitatem accipiunt, habeant potestatem, videlicet ad conuocandum eos, urgente necessitate, ad synodalem conuentum, vel etiam ad coercendum illos & corrigendum, cum fama eos super quibusdam delictis forsitan accusauerit. Sed quoniam sunt quidam Metropolitanorum, qui ne secundum vocationem Apostolicam praesulis occurrant, a mundi principe se derineri in eatione causantur; placuit talem excusationem omnimodis esse inuolidam. Cum enim principes pro suis causis conuentus frequenter agat, impium est, ut summos praesules ad Synodos pro Ecclesiasticis nego-

Ratio con-
struendorum
Metropoli-
tanorum &
Archiepisco-
porum.

Archiepiscopus
est, ne opus sit
ad Antiochenum
referre, sed possint
ipsi Archiepiscopum
eligere. ita in ean.
Conc. Niceni cap. 37.
Si Episcopus Cypri
diem suum obierit,
& populi non potuerint
propter tempestatem
maris mittere
Antiochiam, ut
eligatur Patriarcha
Antiochenus ordinem
eis Archiepiscopum,
in locum mortui:
debent scribere ad
Patriarcham, & petere,
ut vnus aliquis
fiat Archiepiscopus,
quem ipsi desiderant,
neque debet hoc
prohibere Patriarcha,
cum ad eum scriptum
fuerit. Quis enim
scit an defuncto
Archiepiscopo, propter
tempestatem hyemae
sine capite remaneant;
an aliquis fortassis
ex tredecim Episcopis
de vita decedat: atque
ita fiat, ut toto illo
anno Archiepiscopo
careant: ob hanc causam
Synodus hunc canonem
constituit, cui qui
contraxerit, hunc
Synodus excommunicat.

Patriarcha
lem ad Synodum
notam vocat
cuius primatus
tenentur
Metropolitani
cap.